

superstruunt. Et temere et temerè nescius Augustissimus Imperator iuxta Pacta Convēta, quæ à duobus sæculis augustam Domum Austriacam Insuper Reipublicæ Polonæ feliciter ligant, ac interveniente Celsitudinis Vestræ eximia opera hæc ita pridem renovata fuerunt, curam, operam ac concessas sibi à Deo vires adimplendi ex asse fidei Federati onibus pari promptitudine nunc impendent ac necessarium id sub finem præterlappi Anni, ab Illa Celsitudine Vra judicatum fuerat, cum Polonia Libertas et Regni Leges, quibus eadem innititur, in longè minore Visumines essent. ne proinde sibi, ne dignitati, ac Gloriæ suæ, ne, et quod æquum ac iustum est, ne susceptis in se solenni vitæ Suspensionibus, ne prosperitati amicæ Reipublicæ, ne quieti Christiani Orbis desit cuncta quæ hæcenus dicta sunt, quæ nec Celsitudinem Vestram, nec Tempus in qua eadem primum nunc locum occupat lateant palam deus declarare iussit. Pietas vero et zelus quem Patriæ suæ Celsitudo Vra debet dubio, per se Sac. Cæs. Mittens ac Federatos ejusdem locum hæc relinquant, quin pervertendis malis quæ ex peruersis adeo et non minus à Christiano Nomine quam bono Ciue longè alienis artibus, certe proma natura sunt, operam et qua in Republica iuxta Leges, potest, auctoritatem sedulo et jugiter sit impensura.

### Responsum ad hanc Declarationem.

Quinam sint Sac. Cæs. Mittens et Federatarum Potentiarum circa Electionem futuri Poloniarum Regis sensus, uti propositum fuit Celsissimo Primati in varijs Declarationibus tam scripto tenus, quam oritur per Ministros allefatarum Potentiarum, ita hæc omnis sine ulla interpretatione, explicatione, additione vel minutione relata et ad notitiam Serenissimæ Reipublicæ porrecta, nec ventam à Celsissimo Primati, quam ab omnibus Insuper Reipub. Statibus Libertatem quam à Majoribus suis recipere non solum affectibus vel passionibus suis, sed sanguini et vitæ preponantibus pro sensu et intaminato erga Patriam eandemq. Libertatem amore recepto trutinata et considerata sunt. Neq. quicquam dubitare potest magni semper momenti considerari apud Nos, et haberi amicitiam vicinarum Polonæ Nationi Potentiarum, ubi amicitie et bonæ viciniae ab illis, experiuntur Documenta. Divulgati, à quo ignotum, rumores de irruptione Turcarum et Tartarorum in Ditiones

pre